

L I V.

Investitura Domini Gregorii Papæ, qua Robertum Ducem de Apulia, Calabria, & Sicilia investivit.

Ego Gregorius Papa investio te Roberte Dux de terra, quam tibi concesserunt Antecessores mei sancte memoriae Nicolaus, & Alexander. De illa autem terra, quam injuste tenes, sicut est Salernus, & Amalphia, & pars Marchie Firmane, nunc te patienter subitino: in confidentia Dei, & sancti Petri, ita te habeas, sicut & agere, & me suscipere decet sine periculo anime tue & meæ. Actum ut supra.

Promissio Roberti reddendi census in die Resurrectionis Domini, duodecim videlicet denariorum Papiensis monetæ, de tota Apulia, Calabria, & Sicilia.

Ego Robertus Dei gratia, & sancti Petri, Apulia, & Calabria, & Sicilia Dux, ad confirmationem traditionis, & ad recognitionem fidelitatis, de omni terra, quam ego teneo proprie sub dominio meo, & quam adhuc nulli ultramontanorum ita concessi, ut teneat: promitto me annualiter pro unoquoque jugo bovum pensionem, duodecim scilicet denarios Papiensis monetæ, per soluturum B. Petro, & tibi Domino meo Gregorio Papæ, & omnibus Successoribus tuis, aut tuis, aut successorum tuorum Nunciis. Hujus autem pensionariæ redditionis erit semper terminus finito quoque anno, sanctæ Resurrectionis dies Dominicus. Sub hac vero conditione hujus persolvendæ pensionis obligo me, & meos five hæredes, five successores tibi Domino meo Gregorio Papæ, & Successoribus tuis. (a)

(a) Juramentum fidelitatis, quod idem Dux præstitit Gregorio PP. fuit hujusmodi.

Ego Robertus Dei gratia, & sancti Petri, Apulia, & Calabria, & Sicilia Dux, ab hac hora, & deinceps ero fidelis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedis, & tibi Domino meo Gregorio universali Papæ. In consilio vel facto, unde vitam aut membrum perdas, vel capere sis mala captione, non ero; consilium, quod mihi credideris, & contradixeris, ne illud manifestem, non manifestabo ad tuum damnum me sciente. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tibi, que adjutor ero ad tenendum, acquirendum, & defendendum regalia sancti Petri, ejusque possessiones pro meo parte contra omnes homines, excepta parte Firmane, Marchie, & Salerno, atque Amalphi, unde adhuc facta non est definitio: adjuvabo te, ut secure, & honorifice teneas Patrum Romanorum. Terram sancti Petri, quam nunc tenes, vel habiturus es, postquam seculo tue esse potestatis, nec invadere nec acquirere quaram, nec etiam depreddari præsumam absque tua tuorumque Successorum, qui ad honorem S. Petri ordinati fuerint, certa licentia, præter illam, quam tu mihi concesseris, vel tui concesseris, Successores. Pensionem de terram sancti Petri, quam ego teneo, aut tenebo, sicut statutum est, recta fide studebo, ut illam annualiter sancta Romana habeat Ecclesia. Omnes quoque Ecclesiæ, que in mea persunt dominatione, cum illarum possessionibus dimittam in tua potestate, & defensor ero illarum ad fidelitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et si tu, vel tui Successores ante mea ex hac vita migraveris, secundum quod monuit fuero a melioribus Cardinalibus, Clericis Romanis, & Laicis, adjuvabo, ut Papa eligatur, & ordinetur ad honorem S. Petri. Hæc omnia supra scripta observabo sanctæ Romanæ Ecclesiæ & tibi cum recta fide, & hanc fidelitatem observabo tuis Successoribus ad honorem S. Petri ordinatis, qui mihi, si mea culpa non refraxerit, firmaverint Investituram a te mihi concessam.

Actum Ciprini, III. Kal. Julii.

Mo-

Approbat quod Vilel- tus Abbas cu- ram Mona- sterii S. Sal- vatoris de Scaphula su- sciperit; Eumque Vica- rium suum, constituit ad procurandum ut ibi Abbas canonice ordinetur.

Prohibet Prin- cipibus sacra- laribus, ne in eo loco quicquam juris habeant.

Privilegium ab Alexandro II. Everardo Comiti per subreptionem concessio abrogat.

Anathematiz- at eos, qui contra hoc Præceptum, quicquam té- taverint.

Si Constantiensis Episco- pus a Sede Apostolica de- fectaverit, concedit ut Abbas a quo- cumque reli- gioso Episco- po, que ad Episcopale officium per- tinent, susci- piat; Reg. l. 15.

Vel ad Apo- stolicam Sedem recurrat. Ad. die 8. Maii anno Domini 1080. Pontif. anno VIII.

L V.

Monasterium S. Zenonis in Pisana Urbe in Apostolicæ Sedis clientelam suscipitur.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Leoni Abbati Monasterii S. Zenonis in Pisana Urbe, ejusque successoribus.

Ex Archiepis in Capitulo Tabulario editis Ugell. Ital. Sac. Tom. III.

Exordium.

Monasterium sub protec- tione Apost. suscipitur: Confirmat- que ejusdem bonis omni- bus.

Nonnulla con- ceduntur pri- vilegia.

Decretum immunitatis ab omni mole- stia, alie- natione &c.

Solite penne contra inob- servantes.

Dat. die 4. Martii anno Dom. 1081. Pontif. Greg. anno IX.

Supernæ misericordie respectu ad hoc uni- versalis Ecclesiæ curam suscepimus, & apostolici moderaminis sollicitudinem gerimus, ut justis postulantiis votis attenta benignitate favemus, præcipueque ad venerabilem locorum quietem stabilendam nostræ auctoritatis munimen conferre debeamus. Proinde prælibatum Monasterium, cui tu præesse dignosceris, juxta petitionem tuam sub Apostolicæ Sedis defensione recipimus, & presentis privilegii decreto cuncta, qua hætenus jure possidere visum est, vel deinceps Domino largiente juste acquirere, concedimus, atque firmamus: insuper etiam, consentiente Pisano Episcopo, decimationes omnium terrarum, quas ad dominicatum vestrum laborare feceritis, annuimus; adjicientes, ut fidelium oblationes accipere, & eos, qui se devoverint, in cœmeterio vestro sepeliri: necnon etiam quicumque sæculo renunciantes ad vestram conversationem venire voluerint, licitum sit vobis sine alicujus contradictione admittere. Quæ omnia, sicut scripta sunt, ut memoratum Cœnobium tuum per succedentium temporum curricula secure, ac sine inquietudine firmiter & inconulse obtineat, apostolica auctoritate corroborantes statuimus, nullum Regum, vel Imperatorum, Antifistum, nullum quacumque auctoritate præditum, vel quempiam alium audere, de his, que eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio jure jam donata sunt, vel in futurum, Deo miserante, conferentur, sub cujuslibet ausu occasione specie: minuere vel auferre, five suis usibus applicare, vel aliis quamvis piis de causis pro sua avaritiæ excusatione concedere. Si quis vero Regum, Sacerdotum, Clericorum, Judicum, ac secularium personarum, hanc constitutionis nostræ paginam agnoscens, contra eam temerario ausu venire tentaverit, admonitus semel & iterum usque tertio per convenientes testes, si non respuerit, atque predictæ Ecclesiæ non satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. At nisi ea, que ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna penitentia illicite acta desolverit, a sacratissimo Corpore & Sanguine Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Datum Laterani IV. Non. Martii per manus Petri S. Romanæ Ecclesiæ Presb. Cardinalis & Bibliothecarii, ann. IX. Pontificatus D. Gregorii VII. Papæ. Indiæ. IV. MLXXXI.

Bull. Rom. Tom. II.

L V I.

Commissio Reformationis duorum Monasteriorum, scilicet Montis Majoris in Provincia sancti Petri, & sanctæ Mariæ in Diocesi Narbonen. cum facultate, quatenus in eisdem personæ idoneæ ad gubernium repertæ non fuerint, de- sumendi Abbates ex aliis Monasteriis ejusdem Ordinis; & repetendi, quidquid ad eadem Monasteria pertinet, ab aliis injuste detineatur.

Ex Arch. Ma- joris.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili fratri Richardo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, atque Abbati Massiliensi, fuisse Successoribus in perpetuum, regulariter promovendis, salutem & apostolicam benedictionem.

Exordium.

Li- cet apostolici nos apicis cura pro cunctis generaliter Ecclesiis vigilare, ac pro omnium statu vel reparatione sollicitos esse admoneat; illis tamen præcipue locis nostram curam specialius exhibendam perpendimus, que sub Romanæ tutela Sedis constituta scimus, status sui confirmationem, augmentum, vel restitutionem ab hac potissimum Ecclesia, cujus juris sunt, expectare. Quia ergo quædam Monasteria, alterum in Provincia videlicet sancti Petri, qui dicitur ad Montem Majorem, & alterum in Narbonensi Episcopatu sanctæ Mariæ de Crassa, que ad hujus Sedis defensionem pertinere, propriæ juris esse noscuntur, jam dudum secularium Monachorum culpa a religionis tramite deviasse intelleximus, ea reformare ad lapsi decoris specimen valde esse necessarium, duximus. Scitis enim, decentius, atque convenientius esse discernitur, destructa restituere, & ad gradum suum collapsa reducere, quam in dilatandis, vel noviter edificandis operam dare. Quapropter ad prædictorum locorum restaurationem religionis tue prudentiam perutilem arbitantes, licet tu quorundam proborum virorum precibus adhortatus absque licentia nostra de eorum cura te nolueris intromittere; Nos tamen censuimus, per tuam successorumque tuorum solertiam fratribus, in eisdem Cœnobiis deinceps mansuris, perpetuam regularis vitæ circumspectionem providere. Proinde circa præfata Monasteria sollicitudinis nostræ vicem dilectioni vestræ committentes, volumus atque præcipimus, ut in eis, que amputanda sunt, amputetis: queque corrigenda sunt, corrigatis; & que in illis disciplina tenore defuerint, vestra vigilantia & labore conferatur. Præterea quoties eorum Rectores obierint, vestri sit studii alios cum consensu probabiliorum fratrum de eadem Congregatione, si fieri potest, sin autem aliunde secundum Deum & Regulam sancti Benedicti, Abbates eligere: ibique substituere, quos ab illo Episcopo, in cuius Diocesi fuerint, si ab hac Sede excommunicatus, vel simoniacæ hærescos infamia notatus non erit, ordinandos, decrevimus. Si vero alterum horum obstiterit, Abbas a Romano Pontifice sui consecrationem expetat, aut quemcumque Episcopum ille præcepit pergere pro sui ordinatione, ille licentiam habeat; cuius nihilominus Abbatis mores, & vitam, sicut & subditorum suorum discutere, excessusque corrigere

Monasterium Montis Majoris, Et alterum S. Mariæ Narbonen. juris Apostolicæ Sedis.

Abbates ex fratribus regenda committitur, vice Sedis ejusdem.

Abbates ex fratribus consensu per eundem præcedendi.

Et a Diocessano Episcopo ordinandi.

Mores vero, si opus fuerit, per eundem Massiliensem Abbatem corrigendi.

H

ve-

vestra potissimum prudentia attinebit. Quod si forte in aliquod crimen depositione dignum fuerit lapsus, vestrum erit ad apostolicam audientiam deferre, quatenus aut hic damnationis suae sententiam per Romanum Pontificem excipiat, aut per Apostolicum Legatum, ad id peragendum serio missum, dignum suis meritis iudicium subeat. Statuimus etiam, ut, quidquid ad eadem Monasteria pertinere cognoscitur, si ab aliquibus irrationabiliter detinetur, ex hac nostra auctoritate repetendi, exigendique, ac vendicandi, habeatis per omnia Deo iuvante, licentiam; quia dignum est, ut quorum curam geritis, rebus nullo modo defraudemini. Praefato igitur modo nostrae providentiae ac dispositionis vicissitudinem, circa saepe dicta Monasteria tibi tuisque Successoribus, ut prelibavimus, regulariter promovendis, concedentes, interdicens, ut nullus Successorum nostrorum, vel Archiepiscoporum, aut Episcoporum, ut nemo clericalis seu laicalis ordinis audeat hanc potestatem praesentis Decreti, auctoritate firmatam, vobis auferre, vel perturbare; sed ea, sicut praefatum est, in vestra salubri ordinatione ac dispositione in perpetuum inconcussa permanent.

A quo bona, a Monasterio ablata, ex derelictum manibus vindicentur.

Roboratio Decreti huius.

Dat. anno 1081. Pontif. anno IX.

L V I I.

Privilegium pro Ecclesia S. Petri in villa Maschara sita, & tutela Sedis Apostolicae commissa.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, omnibus Deo, & beato Petro fidelibus, salutem & apostolicam benedictionem.

Notum sit vobis, nos Ecclesiam sancti Petri sitam in villa, quae dicitur Mascharans, sub ius & defensionem Apostolicae Sedis, ab ipsius fundatoribus sponte traditam suscepisse, ob cuius donationis memoriam perpetuo retinendam constituerunt, & deoverunt se illi, qui circa eundem locum propter amorem, & tutelam B. Petri sibi edificavit, pro unaquaque domo censum annuatim octo nummorum Picavenisum persoluturos. Quapropter apostolica auctoritate praecipimus, ut nemo praefatum locum, apostolica tuitione munitum, deinceps infestare, praesumat; sed sub defensione B. Petri, cuius iuris est, quietus & securus ab omni perturbatione permaneat. Si quis ergo contra haec nostra mandata memoratum locum vexaverit, admonitus semel & iterum usque tertio per convenientes inducias, si non resipuerit, sciat se a gratia beati Petri separatam; & nisi satisfecerit, anathematis vinculis innodandum; quicumque vero propter apostolicam reverentiam ab infestatione ipsius loci, & laesione (sicut Christianum decet) se continerit, eumque adjuvare studuerit, veniam peccatorum suorum, & gratiam beati Petri, si in bonis perseveraverit, se promeriturum non dubitet.

Census annuatim persolvendus Ap. Sedi ab iis, qui ibidem domos edificaverint.

Præceptum, nequis d. locum infestet;

Sub pena excommunicationis.

Dat. Anno Domini 1081. Pontif. anno IX.

L V I I I.

Confirmatio Privilegiorum omnium Panormitanæ Ecclesiae.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto in Christo Fratri Alcherio Panormitano Archiepiscopo salutem.

Summae Sedis Apostolicae, cujus licet indigni curam gerimus, contemplatione monemur, ut omnibus sacris Ecclesiis, quae defendi, seu roborari nostrae auctoritatis privilegiis expetunt, nos, in quantum favet iustitia, libenter annuamus: & earum rectoribus honorum suorum insignia, quae antiquitus obtinuisse noscuntur, requirentibus, per nos, largiente Domino, facilius praebatur assensus; praecipue tamen oportere arbitramur, ut rudibus Ecclesiis, scilicet noviter ad fidem vel venientibus vel redeuntibus, nostri favoris fiduciam, & apostolici muniminis securitatem pronius indulgeamus, quatenus, qui miserante Domino perfidiae tenebras, ac erroris laqueos evaserunt, eodem juvante in christianae fidei vigore, ac religionis amplitudine per nostrae benignitatis studium, ac tuitionis adiutorium magis & magis excrevere valeant. Quamobrem, carissime Frater Alcheri, Panormitanam Ecclesiam cui tu, Domino auctore, praesse dignosceris, quae quondam nobilis & famosa, postmodum, peccatis exigentibus in Saracenorum potestatem perfidiamque redacta, nunc revera ad Christianam fidem labore vel instantia filii nostri gloriosi Ducis Roberti, Domino innuente, conversa est, te postulante privilegio apostolice liberalitatis fulciri; Nos tam iuste petitionis intuitu, quam etiam praefati Ducis amore, quem id scimus optare cupere, gratanter concedimus, tribuimus atque largimur. Apostolica igitur auctoritate confirmamus eidem Ecclesiae, & per eam tibi, quidquid dignitatis antiquitus tenuisse probatur, id est omnes eius Suffraganeos Episcopatus, vel si qui destructis illis, in eorum loco statuti sunt, vel opitulante Domino statuentur, ut in praefata tua Ecclesia pristinam redeant potestatem. Insuper quidquid possessionis per regalem largitionem, & iustam concessionem antiquitus habuisse; ac quidquid (quod iustitiae non contradicit) antiquis superaddidisse dignoscitur. Proinde praesentis auctoritatis nostrae decreto, tam praesentium quam & futurorum omnium hominum temeritatem coercentes, interdicendo statuimus, nullum Regum, vel Imperatorum, Antistitum, nullum quacumque dignitate praeditum, vel quemcumque alium, audeere de iis, quae eidem Ecclesiae a quibuslibet hominibus de proprio jure jam donata sunt, vel in futurum conferentur, auferre vel diminuire. Praeterea fraternitati tuae pallii usum secundum antiquum Ecclesiae tuae morem concedimus, ut in eo inter Missarum solemnias his dumtaxat festivitibus utaris; videlicet Nativitate Domini: festivitate S. Stephani: Epiphania: Coena Domini: Ascensione: Pentecoste: & quatuor festivitibus S. Mariae: Nativitate S. Joannis Baptistae: Natalitiis Apostolorum: S. Laurentii: in festivitate omnium Sanctorum, quae celebratur Kal. Novembris: & die tuae Ordinationis: & in festivitibus SS. quorum Reliquis tua decoratur Ecclesia: atque in ordina-

Adidit Recens Pyrrhus Sicil. Sacr. Tom. I. col. 70.

Proemium.

Panormitana Ecclesia ex Saracenorum manibus vindicata.

Cui Ecclesiae olim suffraganeae restituerunt;

Et regalia omnia confirmantur privilegia.

Omnibus cuiuscumque dignitatis personis quidvis ab ea auferre interdicitur.

Concessio Pallii secundum antiquum ejusdem Ecclesiae usum.

Adhoratio ad Alcherium Archiepiscopum petita a concessione hujusmodi.

dinatione Episcoporum, seu ceterorum Clericorum, & in consecratione Ecclesiae. Hortamur itaque fraternitatem tuam, ut honor tanta dignitatis, supplementum utique totius Sacerdotalis Ordinis, moribus tuis conveniat; & non solum exteriori, sed interiori homini tuo decorem praestet, & gratiam; siquidem ista sunt pallii, ista sunt hujusmodi indumenti signa, ut Dominum ex toto corde, & tota anima, & omni virtute diligas, & proximum tuum sicut te ipsum. Nam licet ad usum pallii omnium virtutum ornamenta sint necessaria, inseparabiliter tamen caritas, quae omnes superexcedit, ac pollentem dignitate comitari convenit. Ad imitanda igitur omnium bonorum instrumenta, vita & scientia tua subditis tuis sit forma & regula, ut si quid in eis ex humana fragilitate reprehensibile deprehenditur, intuitu sanctae conversationis tuae ad rectitudinem sinceritatis corrigatur; quibus sic studeas dispensationis iura moderari in corrigendis vitiis, ut zelo rectitudinis ferveas, & modum temperantiae non excedas; & ut paucis multa explicemus, quidquid in SS. Patrum dictis reperis, ad tuam, & eorum, qui tibi subduntur, utendum censeas aedificationem; quatenus documentis tuis instructi, atque boni pastores tecum valeant pertinere, & perpetuae vitae felicitatem percipere.

Dat. die 16. Aprilis anno Dom. 1083. Pontif. Greg. anno X.

Datum Romae XVI. Kal. Maji per manum Beniamin fungentis vice Petri S. R. E. Presbyt. Cardin. & Bibliothecarii, anno Dominicae Incarnationis MLXXXIII. Pont. vero Domini Greg. VII. PP. ann. X. Ind. VI.

L I X.

Privilegium confirmationis honorum, atque immunitatum Monasterii Hirsaugiensis, quod sub Apostolicae Sedis protectione recipitur, in iuncto onere annui census.

Ex Tom. I. Chronici Hirsaugiensis pag. 242.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio Willelmo Abbati Monasterii S. Aurelii in Hirsaugia, in Episcopatu Spirensi situm, ejusque Successoribus, in perpetuum.

Exordium.

CUM omnium Ecclesiae filiorum salutis & securitati Sancta Sedes Apostolica generali pastoralis regiminis providentia caveat & consulere debeat: tum vero alacrius & impensius pia intentionis & religiose devotionis vota suscipere, ac salutariter effectui mancipare, necesse est, ut gratanter bonorum studiorum petitionibus occurrat, & quae ad laudem & gloriam divini Nominis sunt instituta, auctoritatis suae soliditate firmiter tenenda stabiliat. Unde & nos dilecti filii nostri Adelberti de Calb laudabili desiderio congaudentes, precibus ejus sanctae Sedi Apostolicae humiliter directis acquiescere decrevimus. & religiose postulata efficaciter concessimus; qui aeternae retributionis amore succensus in praedio suo, quod dicitur Hirsaugia, Monasterium a progenitoribus suis antiquitus constructum, nuper, amissa restituens, venuste reparavit, & in usus fratrum, inibi Deo servientium pluribus possessionibus & redditibus adjectis largius ampliavit: quam suae libertatis institutionem, ne imposturum ulla perverforum hominum audacia immi-

* forte liberalitatis.

Bull. Rom. Tom. II.

nuere, aut violare praesumat, apostolica auctoritatis privilegio muniti, & sanctae Romanae Ecclesiae tuitione roborari, data annui aurei Bizantii pensione, postulavit: illud profecto considerans, quia dum a sanctae Matris Ecclesiae fidelibus Beatis Apostolis Petro & Paulo honor, metus & obedientia exhibetur, quod eorum decreto, & nomine solidatum & roboratum fuerit, nullus everisionis illicita praesumptione quatiatur. Quam ob rem ibidem praefatum Monasterium cum omnibus sibi hoc tempore iuste pertinentibus & legaliter collatis, & deinceps quarumcumque personarum authentica traditione conferendis, sub Apostolicae Sedis tutela & protectione generaliter amplectimur, & sub alis beatorum Apostolorum Petri & Pauli, tibi, fili Wilhelme, tuisque Successoribus, eliminata ac prohibita omni infestationum inquietudine, libere & absolute possidenda, & regulariter atque utiliter ordinanda praesentis scripturae testimonio confirmamus. Constitutionis quoque, immunitatis, & libertatis modos, quos praefatus Comes illustris Adelbertus scripto suae traditionis inseruit, & regio sigillo imprimi curavit, ad posteritatis cautelam, & arcendos infestationum impetus diligenter observandos statuimus, hos dumtaxat, qui canonicis sanctionibus non obstant, ut nec permissis quilibet negligatur, nec de vetitis quodlibet irrogetur. Hac igitur, quae hujus praecipi decretique nostri pagina continet, tam tibi, quam cunctis, qui in eo, quo es ordine loquere, successerint, in perpetuum servanda decrevimus. Si quis vero Regum, Sacerdotum, Clericorum, Judicum, & saecularium personarum, hanc constitutionis nostrae paginam agnoscentes, contra eam venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se de perpetrata iniquitate divino iudicio agnoscat. Et nisi ea, quae ab illo sunt male ablata, restituat, vel digna poenitentia illicite acta deserverit, a sacratissimo Corpore & Sanguine Domini Redemptoris Jesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae retributionis inveniant. Datum Romae. (a)

Sub Apostolicae Sedis tutela recipitur.

Ejusque regni Abbatis commititur.

Confirmatis Privilegiis omnibus ac libertatibus a d. Adelberto concessis, dum modo sacris Canonibus non adversentur.

Poenae contra violatores Paginae hujus.

L X.

Andaginense Monasterium sub Sedis Apostolicae protectione recipitur, eique nonnulla oblata dona confirmantur.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Theoderico Abbati Monasterii sancti Petri sanctique Huberti Andaginensis constituti, suisque Successoribus regulariter ibidem intransibus, in perpetuum.

Ex M. S. Huberti edidit Martenne. Ver. Script. Monument. Collect. Tom. I. col. 313.

Nulli fidelium est in dubio, quin Sedes Apostolica, quae universalis Mater & omnium Ecclesiarum Princeps est, omnibus hoc jure

Quae cura Ecclesiarum & Monasteriorum Summis Pontificibus semper fuerit.

(a) Hucusque Auctor Chronici. Diploma vero, in cuius calce antiquitate fortasse corrolos chronologicos characteres ille non legit nos datum putamus anno 1083. ut ex ejusdem Monasterii historia potest conjici.